



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentissimis Jesu Christi Dei-Hominis

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1723

VD18 80217931

Consultatio VIII. De ingressu Jesu Christi in mundum, qui abjectus quidem videtur, sed clarè ostendit ipsius Divinitatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45509

An ergò nunquam, ô mi JESU! agnoscam te! Admiror in parvo hoc opere ostendere te aliis; sed quomodo hoc faciam tam parum ipsemet cognoscens te? Ah cognoscam te, ô mi amabilissime JESU! an nunquam tam ero aspiciatus, ut aspiciam aliquid ineffabilis pulchritudinis tuæ? ô quam mallet unico duntaxat instanti videre te, quam omnes mundi pulchritudines totâ vitâ

meâ! *Ostende faciem tuam, & salvi* Psalm. 79. v. 4. *erimus.* Sed prærogativa hæc est, quam non largiris nisi animabus, quæ se illâ reddiderunt aliquâ ratione dignas diurnâ perseverantiâ in te quærendô, tibi vacandô, tibi famulandô, teque amandô. Prosequar igitur loqui de te, teque considerare in omni statu tuo. Hic exordior à Nativitate tua.

CONSULTATIO VII.

De Ingressu JESU CHRISTI in mundum, qui abjectus quidem videtur, sed clarè ostendit ipsius Divinitatem.

Rigor hyemis,

Tempus Adventûs appropinquebat, & longos jam progressus fecerat hyemis, quamvis nonnisi parvis accesserit diebûs. Probè vidimus, impedire nos voluisse ipsam à prosequendo nostro itinere, eoquòd unicâ nocte nobis omnes subtraxerit vias, abscondendo illas sub ingenti tapete candido, quem intraverat & extenderat super universum orbem. Incidit bono nostro Ecclesiastico cogitatio, magnum id esse linteum, quod præparatum ipse servabat ad sepeliendos omnes homines, quos occidendi frigore ardebat desiderio. Et certè vidimus optimè, id ipsam voluisse universo mundo: siquidem inusitatâ crudelita-

te, quam indiscriminatim exercebat in omnes, non parcendô etiam innocentissimis, ipsos omnes tenebat captivos in propriis suis ædibus, ubi obstringebat ipsos cunctis Ergastulariis esse fideliores, in servandis nunquam non januis & fenestris suis probè clausis, arctè firmatis.

Si invenerat quenquam tantæ temeritatis, ut egredi indè præsumperit se invitâ, protinùs involavit in corpus ejus, tanto excipiens illud cum rigore, tamque malè habens, ut tremore concusserit generosissimum quemque, ita, ut illicò cogeret ipsum reverti in suum carcerem, quò totus redibat pallidus, affirmans, se esse magis, quàm semi-mortuum.

Ut

Matth. II.
v, 30.

Ut nos muniremus ab assultu ipsius, subterfugiendô universalem hanc totius naturæ adversariam, statuimus nobiscum subsistere quibusdam mensibus in parva quadam civitate, quæ admodum commodè non procul aberat à via nostra. Providentia DEI deduxit nos in domum illustris cujusdam Dominæ, quæ credebatur virtuti & devotioni haud parùm addicta; sed devotioni, quæ suam aucupari novit commoditatem; adeoque ex illarum devotarum numero, quæ pietatem accommodare nōrunt suo genio; eòquòd, dicunt ipsæ, Dominus noster dixerit: *Jugum suum esse suave, & onus leve*; non crederent, se verè portare jugum ipsius, si aggravarent se exercitiis, quibus foret vel minimum ponderis. Hæc tam mollî & fluxâ erat corporis temperie, ut tremere jam præ frigore, quod tolerandum ipsi erat post mensem eunti ad Missam mediâ nocte: Maritus ipsius, qui intemperantis aliquantisper erat licentiæ, irridendô interrogat ipsam: Ut quid vellet quærere Deum lucente cerco? quantum ad se, promittere se sibi faciliorem ejusdem inventionem pleno die, meliusque in lumine, quàm in tenebris.

Post verba quædam faceta, quæ tolerare primitus oportebat, ne difficiles accideremus societati, instituimus seriam quan-

dam, & admodum tum argumentô, tum emolumentô gravem Consultationem de introitu Filii Dei in mundum. Paterfamilias interrogavit nos, quamobrem, cum eo venerit nomine, ut se manifestaret mundo, ingredi potius voluerit ipsum ratione quædam, quæ magis idonea erat ad abscondendum ipsum, & subtrahendam cognitionem ipsi hominibus? Ecceur advenit mediæ, noctis horâ, ubi omnes sepulti erant somnô, quasi metuisset, ne suus adverteretur adventus? Ut quid ingressus per vile stabulum, quod non erat nisi bestiarum receptaculum; primâ fronte se abscondens sub palea, quasi foret ex hominum sæce miserrima? Ut quid absque comitatu, absque satellitio, & absque ulla magnificentiæ vel minimæ notâ, cum tantus tamque potens fuerit Monarcha? Si ipsi fuisset animus subtrahendi se omnino cognitioni hominum; quid ultra poterat facere, quàm occultare omnia sub arcano, sub caligine, sub silentio?

Omnes illi, qui noluerunt ipsum agnoscere, nec recipere ceu Filium DEI, nonnè sint excusabiles? & qui receperunt ceu talem, nonnè videantur egisse imprudenter? Magni Monarchæ haud absimiles sunt sideribus, quæ suum abscondere non possunt jubar; & in hoc solummodò impotentes sunt, idque detrimenti habent

habent infra plebem, quod quandoque est incommodum, ut latere in occulto non possint: nunquam non dimanat ex ipsis nescio quis magnificentiae splendor ubivis concomitans ipsos, ac inofficiosum hoc ipsis exhibens officium, ut invitis se semper debeant esse in propatulo. Quâ ratione potuissent sibi homines quidquam magni imaginari in Jesu Christo, videntes intrasse ipsum tam vili cum apparatu in mundum?

Inconveniens, Christum Jesum aliter intrare mundum, quam intravit.

Sed in hoc ipso ipse prorsus est admirabilis, respondit pius noster & sapiens Ecclesiasticus. Si ingressus fuisset mundum cum omni externo ingentis triumphis splendore; Ecce tibi, quid accidisset. Imprimis hic modus fuisset omnino oppositus proposito sibi consilio tolerandi contemptus, dolores, persecutiones & denique mortem pro salute nostra. Secundò pro eo, ut nos doceret humilitatem & mundi contemptum, docuisset nos exemplò suò magni æstimare ejusdem vanitatem. Tandem non fecisset nisi id, quòd homines facinorosissimi quique etiam possunt facere: Alexander, Pompejus, Cæsar, omnesque Victores hâc ratione ingressi sunt in devictas & subjugatas sibi regiones. Nihil tam usitatum est, quàm ostentare se Monarcham, sibi que timorem conciliare inter homines, si

armatâ quis incedat manu, magnisque circumfusis copiis. Sed intrare mundum in statu prorsus despicabili, ut mundi obvinent principatum, & non tantum efficiat, ut reverentiam & obedientiam à cunctis accipiat hominibus velut sublimis Monarcha, sed etiam adoretur, & cultum laetriæ accipiat ceu verus Deus. Quis inficiabitur id excedere omnes vires naturæ, & nonnisi DEum omnipotentem esse, qui possit hoc efficere?

Verum est, ipsum se hic abscōndisse sub specie abjectissima, illòsque qui ulterius non intendunt aciem, nisi quod oculis corporeis attingere possunt, non viuros hic, quod despectum, quod abjectum, quod contemptibile non sit. Sed amoveamus tantisper hæc velamina, quæ apparent tam vilia, & ostendam vobis sub illis splendores tam mirificos, ut respectu illorum splendidissimi & fastuosissimi quique Imperatorum Romanorum triumphis visuri vobis non sint, nisi vilitates frivola, futiles, indignæ, quæ oculis usurpentur. Audi & percipe benè, quod tibi jam dixi, & assentieris mihi, nonnisi DEum omnipotentem fuisse, qui hâc ratione suum potuerit ingressum facere in mundum, sed nec alium magis dignum fuisse infinitâ ipsius majestate.

Magnificentiâ sub abjectâ specie.

G g

Post-

Postquam consideraverimus, quid præcesserit, quid stipaverit, quid subsequutum fuerit ingressum ipsius in inferiorem hunc mundum, haud abnuere poteris,

nihil ejusmodi conspectum unquam fuisse in omnibus maximis Monarchis à creatione mundi. Incipiamus ab eo, quod præcessit.

ARGUMENTUM.

Tubæ & victoriosa vexilla, quæ præcesserunt introitum Jesu Christi in mundum, enuntiant ipsius Divinitatem.

ARTICULUS I.

Tubæ annuntiantes introitum Filii DEI in mundum.

Primæ voces, quæ annuntiant gloriam alicujus Monarchæ invehentis magnificâ cum pompa in urbem, sunt tubæ, caduceatores, insignia, vexilla, Hieroglyphica, quibus extolluntur splendida ipsius facinora. Et hæc semper sunt, quæ triumphalem alicujus Regis invectionem præcedere solent. Sed an unquam conspectus est quispiam, cujus tubæ & caduceatores ipsius famâ repleverint orbem, pluribus annorum centuriis antè, quàm suum faceret in urbem ingressum? an quispiam inveniatur, qui promissus fuerit & prænuntiatus, laudibusque evectus in æthera quinquies millenis annis antè adventum suum? an verba fiunt de alio quodam Monarcha, qui tantâ polluerit æstimatione ut expectatus fuerit & desideratus cum suspiriis & lachrymis, velut universalis humani generis felicitas à creatione mundi? Subiit id nunquam nec memoriam nec cogitationem hominum.

Non nisi Jesu Christi erat, suam præparare invectionem in mundum tantis tamque numerosis cælorum tubis, quantos numerabat vetus Testamentum Vates, qui annuntiârunt & promiserunt ipsum hominibus; tantis insuper tamque magnificis caduceatoribus, quanti extiterant Patriarchæ, qui suis ipsum ornavère præconiis, velut cunctis desideratum populis ac gentibus; tantis adhæc insignibus, vexillis, hieroglyphicis, quot præcesserant figuræ, repræsentantes ipsum velut universalem felicitatem totius universi. Illustris hæc gloria, quæ non nisi Jesu Christo debetur, præparavit ipsi suum in orbem introitum tanta cum magnificentia, ut infinitâ ratione excellat omne, quidquid unquam visum est circa Monarchas maximos, quos cuncta sæcula aspexere regnantes.

A creatione mundi, Adam, qui lapsu suo totum prostraverat genus humanum, primus fuit, qui promissa

Fuit promissus à creatione mundi.

promissa accepit de Salvatore e
fœmina nascituro. Labentibus
sæculis semper videre erat San-
ctos, qui ardenti cum desiderio
expectarunt suavissimæ hujus
promissionis executionem, ve-
luti Abel, Enoch, Noë, tantique
alii; quæ magnifica promissio
confirmata & renovata fuit filiis
ac posteris ipsorum, Abraham,
Isaac & Jacob; quorum hic ul-
timus fatis cessit hæc effatus:
Expectabo Salutare tuum Domine.
Expectabo, ô mi DEus, cum,
quem promisisti mihi Salva-
torem.

Gen. 49.
v. 18.

Prophetae an-
nuntiarunt
ipsum cunctis
sæculis.

His successerunt Prophetae ve-
lut tubæ, qui majorem & clario-
rem excitarunt de ipso rumo-
rem, magis apertè & distinctè
loquentes de ipso, magisque lu-
culenter promittentes ipsum ho-
minibus ex mandato DEI. Ille,
cujus vertex insignitur diadema-
te, velut nobilissimus omnium,
sanctus Rex David, quasi aliud
non cantat in omnibus Psalmis
suis. Isaias, qui non minus prin-
cipatu ac dominio, quàm vaticini-
o, utpote proximâ agnatione
conjunctus Regi Manassi, ma-
gnus fuerat & clarus, missus fuit
in mundum, septingentis quin-
quaginta circiter annis ante ad-
ventum Christi Jesu, ad insinuan-
dum ipsi adventum ejus, & an-
nuntianda ipsius præconia: hinc
& DEus inusitatâ ipsum ditare
voluit eloquentiâ, ut dignè lo-

queretur de Verbo Incarnato,
quod infinita est eloquentia Dei
Patris sui. Et verum est demul-
cere ipsum tum aures tum ani-
mos audientium, dum describit
nobis, quàm suavi & amabili
cum majestate regnaturus super
nos: *Ecce, dicit, Virgo concipiet &*
pariet Filium, manens semper Vir-
go; & vocabitur, nomine Augu-
sto, Emmanuel, quod est nobiscum
DEus. Et alibi dicit: Parvulus na-
tus est nobis, & Filius datus est nobis,
& vocabitur nomen ejus Admirabilis,
Consiliarius, DEus fortis, Pater futuri
sæculi, Princeps pacis.

Isa. 7.

Isa. 9.

Paucis annis post Isaiam, Ba-
ruch, qui unus est è minoribus
Prophetis, magna hæc verba in
universum enuntiavit & divul-
gavit orbem: *Hic est DEus noster,*
& non astimabitur alius adversus eum:
hic adinvenit omnem viam disciplinæ;
Posthac in terris visus est, & cum ho-
minibus conversatus est. Quæ verba
effatus est de Melia, qui est Chri-
stus JESUS.

Baruch. 3.

Prior his omnibus Propheta
Michæas longo tempore ante
nativitatem Jesu Christi (vixe-
rat enim circa annum ter mille-
simum ducentessimum, quinquage-
simum à creatione mundi) an-
nuntiaverat adventum ejus, &
ipsum, ubi nasciturus erat, desi-
gnavit locum, manifestè dicens:
Et tu Bethlehem Ephrata parvulus es
in millibus Juda, ex te mihi aggredie-
tur, qui sit dominator in Israël, &

Mich. 5. v. 2.

G g 2

egressus

egressus ejus ab initio, à diebus æternitatis.

Sibyllæ præ-
nuntiârunt
adventum Je-
su Christi.

s. Aug. de
Civ. DEI,
lib. 18, c. 23.

Sub tempora Vatis Isaia, aut circiter, florebat Sibylla Eusthræa, cujus mirabiles versus de Nativitate & Resurrectione Jesu Christi citantur à sancto Augustino in libro de Civitate DEI, velut oracula cœli & vaticinia, quæ DEUS inserere voluit ori infidelium, qui nullam habebant divinarum Scripturarum cognitionem, ut adventus unigeniti Filii sui prænuntiaretur ab omni vocum & idiomatum genere, non solum populo suo. Sed etiam nationibus incredulis, totique mundo.

His ita positis, an dicas adhuc, introitum ipsius in mundum factum esse absque rumore, & absque, quod perciperetur? Quis unquam promissus fuit, tam longo tempore? quis clarius promulgatus, antequam palam & coram factus? an si triumphales omnium victorum mundi inventiones simul uniantur, vel fundantur in unam, quidquam ostendere aut ostentare possint acclamationis & magnificentiæ, quæ vel à longè accedat ad illam Christi Jesu.

Figuræ præ-
cesserunt ve-
lut vex illa
plena Hiero-
glyphicis.

Sed non satis est percepisse sonitum tubarum, quæ detulerint rumorem adventus ejus ad aures omnium sæculorum ipsum præcedentium: oportebat & oculos sua habere oblectamenta aspectu vexillorum Hieroglyphicis

exornatorum, quæ longo ante se voluit præire intervallo, ad exhibendum nobis, nostrósque statuendum ob oculos in his Emblematis excellentias suas divinas, antequam ipsas in sua persona nobis liceret intueri.

Nonne statim in fronte præ-
euntem cernis Moysen, qui post
habitum familiarem cum DEO
fermonem, sicut habere solet a-
micus cum amico, supra mon-
tem, descendit ex eo, facie tan-
tos ejaculante Majestatis & glo-
riæ radios, ut oculi mortalium
supportando illius splendori
haudquaquam fuerint pares?
Oportebat necessariò velamine
obducere faciem ejus, quo ab-
sconderetur splendor hic divi-
nus, ut videri posset à populo, is-
que accedere ipsos, ad instituen-
dum illos in lege, quam acceperat à Deo, quamque ipsi recipere debebant à se, & tandem, ut remedium haberent conservandi cum eo, absque ullo pavore. Quid observas in his omnibus? Nonne excellens hoc est mysterium, quod optime repræsentat Christum Jesum descendentem de monte æternitatis suæ, ubi familiariter conversatur cum Deo Patre suo; qui cum veniret ad nos, operit infinitæ suæ gloriæ splendores carnis nostræ mortalis velamine, ut à nostris conspici posset oculis, & ipse edocere nos amabilem sancti Evangelii sui

fui legem, quam annuntiandi nobis a Deo Patre suo acceperat mandatum. Nonne jucundus & deliciis plenus est vexilli hujus aspectus? Nonne spem facit aspiciendi mox aliud magis stupendum?

Jonas projectus in profundum maris.

Videas sequi bono temporis spatio interjecto, Jonam projectum in mare, ut exortam sedaret tempestatem, & exinde abeuntem in Ninivem, ubi predicabat poenitentiam tanto cum zelo, tamque auspicato cum successu, ut omnes populosa hujus civitatis incolae, a Rege ad ultimum e plebe, induerent sacco, aspergerent se cinere, jejunarent; plorarent, se humiliarent coram Deo, tam vehementi oppressi & afflicti dolore de ipsius offensa, ut Ninive jam condemnata ad interitum, liberatam & salvam se conspexerit per praedicationem Jonae. Quid videre te credis in hoc prodigio? Nonne hoc est vexillum exornatum Hieroglyphico, pulcherrimo inquam mysterio, representante tibi Jesum Christum, qui sese immergit in magnum humanarum nostrarum miseriarum Oceanum, ut pacaret tempestatem, quam venti ambitionum, quam furor nostrarum passionum, quam rabies malitiae nostrae excitaverant, extollendo nos insolenter adversus caelum, qui que praedicando nobis poenitentiam tum effatis

tum factis suis maximis persuasit peccatoribus, ut se converterent, & poenitentiae suae operibus placarent iram Dei, quae jamjam ipsorum imminebat verticibus? An quidquam sit vel speciosius vel magnificentius ad representandum tibi consilium de adventu Filii Dei in terram, quam insigne hoc Emblemata ipsi venturo praemisisse?

Sanctus Bernardus, qui defixa mente probe consideraverat, tantam abreptus fuit admiratione, tantoque succensus amore, ut totus haereret attonitus extra seipsum: non possum non referre vobis eximium ipsius affectum, quem concepit animo hujus intuitu prodigii. Ludebam ego, inquit ipse, foris in platea, & in secreto regalis cubiculi super me ferebatur iudicium mortis. Audivit hoc Unigenitus ejus, exiitposito diademate, sacco vestitus, aspersus cinere caput, nudus pedes, flets & ejulans, quod damnatus esset servulus ejus; sicquetotus afflictus dolore, totus suffusus pudore, & quasi in nihilum redactus, mihi petiturus gratiam suam accedit Patrem. Intueor ipsum subito sic procedentem itupeo novitatem, causam percunctor; & dicitur mihi ipsum in has redactum angustias amore mei. Audio, quod cum sciret promeruisse me mortem, & jamjam esse condemnatum, venerit

S. Bern. serm. 3. de Nat. Dom.

Pulcher affectus sancti Bernardi circa id, quod Christus Jesus se oneraverit nostris criminibus,

festinanter, prosternens se ad pedes patris & efflagitans veniam pro me. Hoc intelligens & ipsemet aspiciens; quid facturus sum, inquiebam, adhucne ludam & deludam lachrymas ejus, statumque miserabilem, quo involvit ipsum amor mei? an non movear nec pudore criminum, quorum reus sum, nec metu suppliciorum, quorum damnatus sum, nec indulgentiâ bonitatis illius, dum ita voluntariè se offert pati & sufferre illa pro me? Væ mihi, si eousque insanus sim! Si non insaniam totus, nonne cessandum mihi erit à ludis meis & vanis voluptatibus? Nonne amplectar saltem conditionem & statum illum pauperem, humilem & afflictionibus plenum, in quo se mihi præbuit visendum? Nonne ipsius premam & teneam vestigia, measque cum suis commisceam lachrymis?

Alius pulcher affectus circa id, quod crimen in morte Filii Dei commissum aboleat omnia alia crimina. Egregius hic pietatis affectus produxit mox alium in animam personæ cujusdam præsentis, qui tum admirationem, tum commotionem haud levem ciebat animo. An igitur verum est, inquiebat ipsa, sic DEum placari, quando nostrorum magnitudo criminum æquillimam ipsius provocavit iracundiam? quàm insolens est hæc reparandi ratio? peccatum meum iusturatur gloriam Deo, & infinitâ ipsum afficit injuriâ, ipsius contemnendô

leges & præcepta: Et dicitur mihi, quod tota reparetur noxa, si Filio suo unigenito tollatur vita. Ah! Itane mi Deus! Quis comprehendat hoc? An peccatum sit minùs abominabile, quando occidit proprium Filium DEI, quàm quando offendit ipsius Patrem? Dicere, quòd sola hæc mors, quæ enormitate omnia excedit crimina, omnium sit reparatio criminum contra Deum commissorum: fateor, me horum nil capere, hisce totus abripior, absorbeor totus. Siquidem, ô Deus! qualis reparatio, dum criminum maximum devorat & annihilat cætera omnia, ipsa non sunt amplius, & illud ipsum amplius non est, postquam semel est commissum.

Quousque se extendit abundantia bonitatis tuæ ô amabilissime JEsu? Quis perferutari poterit arcanam Philosophiam amabilis amoris tui? Tu permit-
Magnæ boni-
tatis abun-
dantia JEsu
Christi erga
nos.
tis, ut committatur deicidium in adoranda persona tua; & pro eo, ut torqueas manibus fulmina ad conterendum mundum in tam nefandi facinoris supplicium, dicis: Quàm execrandum hoc crimen, omnium, quæ committi ab hominibus possint, criminum maximum premit & obruit me, totum plenum, totumque refertum infinitâ multitudine aliorum criminum totius naturæ humanæ, quin vel unicum

cum solum excludatur ab illo : sed nõvero ego bene totam hanc infinitam malitiam immergere in abyssum longè majorem bonitatis , amoris & misericordiz , quam foveo in corde meo , & convertere hoc deicidium cum omnibus generis humani criminibus , quibus factum & refertum erit , in fontem gratiarum & abundantissimæ satisfactionis , quam incessanter effundam super omnes homines . Compre- hendat , qui poterit , quousque se extendat hic bonitatis excessus . O infinitam bonitatem Jesu ! O bonitatem immensam Patris misericordiarum ! annon vi facta eruas omnium corda hominum è pectoribus ipsorum , illaque præ amore mori facias , hujus aspectu prodigii ?

Posthæc Ecclesiasticus resume- re voluit discursum suum , & per- gere in ostendenda multitudine & magnificentia splendorum ejusmodi vexillorum , proceden- tium tam pulchrâ serie cunetis sæculis , quæ præcesserunt Nati- vitatem Jesu Christi , quorum unumquodque modò diversò insignitum & exornatum erat fi-

guris repræsentantibus excellen- tias infinitæ hujus Majestatis , quæ expectabatur in mundo : obiter aspiciebat ipsarum plures , quas volebat explicare longiùs ; sed paterfamilias , pro quo potissi- mum intendebat loqui , inter- pellavit illum , ipsique dixit :

Verum est , bonas dispositio- nes has esse , quæ juxtà dicta tua promittebant magis splendidum , magisque pomposum & magni- ficum , quam unquam visus fue- rit , introitum . Sed tandem , quem hæc omnia assecuta sunt finem ? desièrunt in nihilum , vel minus quàm nihilum : nihil enim conspectum fuit in introitu Jesu Christi in mundum , quòd affi- nitatem habeat cum omnibus iis , quæ expectari debebant : sed ex opposito prorsùs intravit abs- que strepitu , in silentio & in te- nebris noctis , quin quisquam ali- quid ex eo perciperet : fateberis mihi , nil magis incongruum , nil magis indignum esse introitu tanti Regis . Sed Ecclesiasticus egregiè respondit illi , ipsùmque à concepto exemit errore , uti percipies .

ARGU.

ARGUMENTUM.

Introitus Jesu Christi in mundum comites habet circumstantias, quæ clarè annuntiant Divinitatem illius.

ARTICULUS II.

Dies sereni, splendida lumina, carmina lætitiæ, applausus in cœlum elati à populorum multitudine magnum adjicere possunt ornatum, augere decorem dum magnificus Magnatum cuius hujus mundi adornatur introitus. Sed omnia hæc nimis quàm vilia, nimium abjecta & indigna sunt magnitudine infinità Dei; tenebræ & silentium habent nescio quid sublimè & augustum, quod melius inserviat nobis ad horrendam sumè ipsius majestatem, quæ ineffabilis nobis est, & incomprehensibilis.

Silentium & tenebræ magis congruunt majestati Dei, quàm lumen & strepitus.

Hinc est, quod voluerit Deus, ut sanctuarium, quod videbatur velut particulare solum majestatis Dei super terram, collocatum esset in tenebris. Non erat permixtum nisi soli Sacerdoti magno illuc intrare, & hoc maxima cum reverentia & non absque tremebundo pavore: non audebat illuc aliquod deferre lumen, sed solum in manu thuribulum, quasi magis adhuc aucturus tenebras per fumum incensi. Non licebit ipsi ibidem vel unicum effari verbum, sed altissimum servabat silentium, ad percipiendum, an dignaretur Deus loqui sibi? Carmina laudum honorabant ipsum

in templo, & lampades ibi semper tenebantur accensæ, sed solum silentium & tenebræ honorare ipsum poterant in sanctuario templi, ad demonstrandum nobis, utrumque magis dignum esse homagium infinitatà majestate Dei.

Quando dare voluit legem suam populo per manus Moysis in monte, ipsum totum circumfundi voluit tenebris ac nubibus, quæ ipsius aspectum subtraherent populo, & magnam illi conciliarent reverentiam ergà majestatem hanc in caligine absconditam: *Erantque in eo tenebræ, & nubes & caligo.* Hæc ratione magnus cœli Deus conversatur & agit cum hominibus in terra; adeoque non solum nil parere debet admirationis, quod Jesus Christus ingrediens mundum elegerit sibi silentium & tenebras; sed potius hæc melius declarant nobis magnificentiam Divinitatis ejus.

Magnus Apostolus reversus est magna illa extasi, quæ elevatus fuerat in tertium cœlum, ad communicandum cum Deo de maximi ponderis negotio, conversione nempe gentium, quorum volebat ipsum esse Apostolum, aliud

Deut. 4.

Paulus reversus est tertio cœlo, dicit sibi loqui non licere, quid viderit.

I. Cor. 2.
v. 9.

aliud dicendum nobis non habuit, nisi quod *oculus non vidit & auris non audivit*, id est, tenebras & silentium, quibus suis obvolvatur raptus. Sed ecce tibi aliam extasim, quâ Filius Dei egressus extra se ipsum, per magnum bonitatis suæ erga nos excessum, dilapsus est in terram, quasi amoris patiens deliquium nostra inter brachia. Nonne melius dicendum sit de raptu hoc divino, quam de illo Apostoli Pauli. Nec oculi viderunt, nec aures audierunt. Oportebat silentium & tenebras obducere velamen reverentiæ & admirationis magnæ huic extasi Dei, quando venit ad nos.

Jesus Christus Si proto-parentes nostri, in-
venit quærescentes nuditatem & pudorem,
peccatorem quò præcipientes acti fuerant à pec-
absconditum cato, absconderunt se præ vere-
in tenebris. cundiâ, quando descendit ad
ipsum Deum in Paradisum terre-
stre, ad arguendum ipsorum

Gen. 3. v. 10. inobedientiam: *Vidi quod nudus
essem, & abscondi me;* Nonne putas,
quod simile quid hic accidat? Tota natura
abscondit se præ pudore, & involvit se
tenebris, erubescens videre nuditatem suam
& statum miserandum à peccatis suis
sibi partum & paratum, comparere non
audens ante oculos Majestatis Dei ad se
descendentis. Sed ipse plenus bonitate &
misericordia, quærit ipsam, ubi est, in
duplicatis nempe tenebris

tum ignorantia suæ, tum peccatorum suorum, non ut ipsam puniat, sed ut ipsi indulgeat; non ut expellat ipsam è Paradiso terræ, sed ut ipsam introducat in Paradisum cæli.

Verum quid multa? Id quod ^{silentium &} ostendit nobis altissimum sapien- ^{tenebras præ-}
tiam Dei consilium in mysterioso ^{dixit Scriptu-}
hoc silentio & hisce tenebris, ^{ra.}
quas comprehendere non possumus, est utrumque præparatum ab æternitate, velut sola & unica magnificentia, quæ digna erat introitu Filii DEI in mundum: Et hoc verbis expressis prædictum erat in Scripturis: *Dum* ^{Sap. 18. v. 15.}
medium silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus, Domine, à regalibus sedibus venit. Oportebat nempe omnes mutescere creaturas, & suo privari verbo, præ admiratione hujus prodigii; oportebat illas suos claudere oculos, ut cæcò crederent modò, quod ipsis erat incomprehensibile.

Nescio, quid pluris æstimem, ^{Quid augu-}
vel has tenebras, vel hoc silen- ^{stius sit silen-}
tium. Tenebræ quidem, ut ve- ^{tium, an te-}
rum fatear, augustæ sunt & ma- ^{nebræ in in-}
gnificæ; sed universale hoc in- ^{troitu Filii}
mundo silentium habet nescio ^{Dei in mun-}
quid admirabile, ad honoran- ^{dum,}
dum introitum Verbi æterni in mundum, ubi ipsummet vult esse in silentio. Siquidem quid dicere potuisset totum universum, aspiciendo tam ingens prodigium?

H h

gium? nonne percelli debuisset stupore perpetuo, quo omnes suæ suspenderentur cogitationes, & omnia sua supprimerentur verba? Sanctus Basilius conformiter loquens huic oraculo Vatis Zachariæ: *Loquetur pacem gentibus*; ubi promittit, quod veniens Messias in mundum silentium impositurus sit quibuscunque tumultibus terrenis; affirmat, quod, sicut aquila conspecta universale imponit silentium omnibus aliis avibus, quæ vocem emittere non audeant in ipsius præsentia. Sic Verbum æternum Dei descendens in inferiorem hunc mundum obmutescere fecerit omnium ora ac verba hominum, & altissimum cunctis creaturis injunxit silentium:

S. Basil. Sermon, in Ascens. Dom.

Aquilâ advolante, inquit ipse, silentium indicitur aviculis; veniente è caelo, & in terris nascente Christo (verâ aquilâ) siluere Duces & Reges, siluere arma.

Silentio igitur, & non strepitu cantus sui agnoscit grex pennatus aquilam pro rege suo, ipsique sua exhibet, & reddit homagia: sic etiam venerabundò silentio, & non infirmò verborum lenociniò tota natura humana homagium reddere debebat Verbo æterno, quod omnium verborum Rex est, cum solum id sit, quod dignè enuntiare possit magnitudinem Dei. Profundum silentium, quod proficitur ex

admiratione ineffabilium harum excellentiarum, & sincerâ cognitione impotentia nostræ loquendi de ipso, dignissimorum hominiorum est unum, quod præstare possimus Majestati ipsius.

Quantas videre est animas præstantes, præscio infantis JESU advolutas, quæ maximo cum fervore desiderantes honorare humanam ipsius nativitatem, modo quo potuerint perfectissimo, altissimo defixi manent silentio, quin vel unicum effari possint verbum. Admiratio suspendit ipsarum animum, amor accendit ipsarum cor, ipsarum oculi effundunt suavissimas charitatis tenerrimæ lachrymas, dum intuentur illas ex oculis amabilis hujus infantis dimanantes: nihil est, quod ipsas non demulceat, non summè oblectet; sed impossibile illis foret, unicum verbum, vel interius vel exterius enuntiare.

An dicas, quod profundum illarum silentium minus honoret infantem JESUM in mysterio nativitatis suæ, quàm strepitus exterior aliarum, quæ hymnis & canticis conantur revereri ipsum? si igitur silentium alicujus animæ particularis majori afficiat honore introitum Filii DEI in mundum, quàm verba plurium aliarum; nonne fatearis quoque universale silentium totius mundi, in instanti, quò suum fecit introitum,

troitum, maximum & dignissimum fuisse homagium, quod poterat ipsi exhibere?

Cur bonæ animæ ament silentium & solitudinem?

Haud obscure video, desuper inquit hospes noster, si ita res sumatur, contineri quidpiam magni & augusti in hoc silentio, & in his tenebris, quod non omnes observant: hinc non miror, quod pleræque animæ devotæ silentium quærant & tenebras, ad familiariter agendum cum Deo in oratione sua. Sed plebs hominum tam spiritualis non est, ut refulgere videat majestatem Dei in tenebris, & resonare audiat ipsius excellentias in silen-

tio; optarent ipsi quidquam magis exploratum sensibus, magisque suæ accommodatum ruditati congenitæ, quo imprimeretur sibi cum metu reverentia Deo debita.

Difficile est persuadere nobis aliquam excellentiam, quam non videmus; quando intuemur nonnisi vilitates abjectiones, infirmitates, palpabiles & manifestas, quæque cum excellentia subsistere non possunt. Jam nil aliud quasi video, nisi has in modo, quo Jesus Christus ingredi voluit in mundum. Ah! quænam sunt illæ, reposuit Ecclesiasticus.

ARGUMENTUM.

Jesus Christus usus est supremo Monarchâ in terris regnante, quando mundum suo consecravit introitu, velut suo Cæroniario, ad manifestandum nobis, quod Deus sit.

ARTICULUS III.

AN negare potes, inquit ipsi hospes, quod Christus Jesus, nascendô obtrinxerit se actione quâdam servili, quod procul abest à majestate alicujus Monarchæ solemnem cum pompa suam celebrantis invectionem? Siquidem Evangelium nos docet, quod Cæsar Augustus, qui tunc dominabatur mundo, publicaverit edictum in toto suo imperio, quo omnes ipsius subditi ob-

fringebantur comparere in loco, unde suam trahebant originem, omnes sua dare nomina, & insuper certum aliquod pendere tributum. Jesus Christus adhuc conclusus in utero Matris in Bethlehem, eò quod fuerit de familia Regis David, qui in parvo hoc loco fuerat natus. Vadit igitur obtemperatum Principi, antequam ipsius nasceretur subditus; & Joseph, qui ipsius censebatur parens, dato suo nomine,

H h 2

fol-

Videtur Jesus Christus ingrediens mundum comississe opus servile.

Luc. 2.

solvit tributum pro ipso, nascitur ergò obiens munus & onus subditi, pendens tributum & vectigal summo suo Principi, nihil hoc est certius, cum verbis expressis id referat Evangelium. Non ergò amplius facienda mentio est de excellentiis, velut in introitu alicujus Monarchæ, cum reverà manifesta hæc signa sint vilitatis & abjectionis, quæ conspiciuntur in pauperis cujusdam subditi nativitate.

Jesus Christus Omnia sanè hic magna sunt, reponit Ecclesiasticus; sed nil videtur velut su-
deus & magnificat gloriam, quàm id ipsum, quod tu accipis pro vilitate. Prænantiarunt Prophetæ, futurum ipsum Principem pacis, & Regem pacificum: Ecce quare voluerit totum potiri mundum in adventu suo, altissimâ & universalissimâ pace, quæ unquam inspecta fuerit inter homines, sicut in Spiritu præviderat Isaias:

Isa. 14. *Conquievit, & siluit omnis terra: Et ad stabiliendum illam, misit ante se Imperatorem Augustum velut suum Vicarium: probè enim nôsti, non nisi ipsius auctoritate & potentiâ, omnes mundi Principes legitimè jura dare & impe-*

Prov. 8. v. 15. *rare populis: Per me Reges regnant.*

Hanc ob rem locupletavit magnum hunc Principem dotibus adèdè raris, ut non procul absint ab illis Regis Salomonis: cum lavit ipsum felicitate, prosperita-

te, benedictione temporali, consultò volens regnare ipsum longo tempore, ut juxta inclinationes clementiæ suæ congenitæ, universalem firmaret pacem in toto suo imperio: quod tam auspiciato confecit eventu, ut quadragesimò secundò annò Imperii sui, claudi & obfirmari jussit templum Jani, quod tempore belli semper servabatur apertum, & quiescere omnia jussit arma, ut universo orbi gustandam propinaret dulcedinem pacis, quâ fruebatur.

Eo tempore eximium illud ex-
Jesus Christus antlavit opus, pro cujus execu-
confignavit tione supremus cælorum Rex
imperium ipsum miserat in mundum, tam
Augusto, ut que auspiciato felicitaverat regi-
disponeret mine. Elegerat ipse viginti qua-
mundum ad tuor Magnates, & sui Optima-
se recipien- tes Imperii, quibus mandatam
dum. dedit, ut universalem conficerent suorum subditorum recensio- nem, ipsorum annotarent nomi- na, & tributum acciperent ab ip- sis. Et hæc primâ vice peracta fuit recensio universalis totius Imperii Romani, ubi Judæi tam benè quàm alii populi recensiti sunt, suum solventes tributum, & subditi declarati Romanorum.

Inveniebantur viginti septem
Stupendus -
numerus mi- liones, & septingenti milleni
litantium sub homines, omnes idonei ad ca-
Caesare Au- pessenda arma, exceptis sceminis,
gusto, parvulis & senibus. O sapientia
DEI, quàm es admirabilis in di-
spoli-

Drexel. de
Christo na-
sciente. p. 1.
c. 1. § 2.

Jesús Christus
natus est Au-
gusto ad fa-
ciendam re-
censionem
populi sui.

spostione tua! Imperatori Au-
gusto fortassis non fuerat ani-
mus, nisi ut cognosceret Imperii
sui vires & amplitudinem; vel
ut suum locupletaret thesaurum
ex tributis, à tanto subditorum
numero sibi porrectis. Sed igno-
rabat, servire se altissimo provi-
dentiae magni Dei viventis con-
silio, qui non tradiderat ipsi in
manus totius mundi imperium,
nisi ut uteretur illò velut magnò
Cæremoniario ad disponendum
benè omnia in inferiori hoc
mundo, pro Introitu Filii sui
unigeniti.

Inusitatum hoc Imperatoris
Augusti edictum, non erat nisi
executio occultorum mandatorum
caeli, ad deducendum JE-
sum Christum velut in trium-
pho Bethlehemum, & collocan-
dum ipsum supra solium Impe-
rii sui, quòd illud erat Regis Da-
vid, unius ex avis suis, juxta hoc
tam manifestum Isaiaë affirman-
tis vaticinium: *Super solium Da-
vid & super regnum ejus, sedebit Rex
in aeternum.* Hæc descriptio impe-
rii, ubi omnia nomina subdito-
rum id constituentium, annota-
ta fuere, nullò exceptò, non erat,
nisi ad significandum juxta men-
tem sancti Gregorii, quòd *Ille ap-
parebat in carne, qui electos suos ad-
scriberet in aeternitate.* Tributum
hoc, quod pendere voluit cum
omnibus aliis, non erat servitus,
sed liberalitas magnifica, quã dare

voluit arham solutionis univer-
sali, quam facere intendebat, sol-
vendo omnia nostra debita, ad
satisfaciendum justitiæ DEI Pa-
tris sui, inexhaustos nobis ape-
riens thesauros divinarum divi-
tiarum suarum, gratiarum, meri-
torum & satisfactionum. Et de-
nique omnia, quæ egit Augustus
Imperator, non erant, nisi ad e-
xequendum, abs eo, quòd id
nòisset, mandata majoris se Im-
peratoris, quò utebatur velut pu-
blici statùs Administro, cum ipse
semper infinità ratione sublimior
fuerit in paupere nativitate suæ
stabulo, quàm Cæsar in imperii
sui solio: *Celsior in stabulo Christus,
quàm in culmine Imperii Augustus.*

S. Thomas rem admirandam
observat, quòd Imperator Augu-
stus regnaverit adhuc quatuor-
decim annis à nativitate Domi-
ni nostri; sed quòd à die introitus
hujus Dei absconditi in terram,
condiderit decretum ex inspirati-
one caelorum speciali, & citrà hoc
forsan, quòd sciret, cur id face-
ret? quã inhibebat, ne ullus in
toto regno suo se appellat Ma-
gistrum vel Dominum. Qui
mysterium sub hoc absconditum
intellexisset clare, id esse, quòd su-
premus mundi Monarcha sit na-
tus, omnesque mundi homines
deinceps se non debeant aestima-
re, nisi humiles ipsius subditos?

Cedrenus Nicephorus, & post
ipso Baronius in Prolegomenis
super

Signum, quod
Cæsar Augu-
stus non fue-
rit nisi mini-
ster Jesu
Christi,

Isa. 9.

S. Greg. hom.
8. in Evang.

JESUS Christus super **Annales** suos, plus adhuc nascens apparuit **Augusto** **Cæsari**, qui noluit amplius appellari **supremus** **Monarcha** mundi.

asserunt, quod ipsemet **Augustus** nuncupari non voluerit **supremus** **Imperii** **Dominus**; quodque traditio velut certissimum teneat, ipsum tam inusitatum non concepisse consilium, nisi ex eo, quod **JESUS** Christus in **Bethlehem** nascens, ipsi **Romæ** apparuerit in **Capitolio**, quodque, cum se ipsi manifestasset velut **supremum** **Monarcham**, qui descenderit de **cælo** ad afferendam salutem hominibus, **supremos** ipsi exhibuerit honores. Aliqui

Vide **Cornel.**
à **lap.** in **Dan.**
c. 2.

Origio **Eccle-**
sie **Ara** **cæli**
tane, quæ **Ro-**
mæ **specta-**
tur.

adjungunt, quod honorari voluerit admirandum illum apparitionis locum, & nuncupari **Aram cæli**; insuper erigi jussit altare nulli alias sacratum idolo, sed reservatum honori solius **illius** **Dei**, quem descendere viderat de **cælo**; quodque semper hunc locum singulari profecutus fuerit veneratione, & majori, quam loca, ubi **Dii** **imperii** adorabantur.

Credibile est juxta omnem verisimilitudinem, hanc eandem esse traditionem, quæ vigeat adhuc tempore **Magni** **Constantini** **Imperatoris**, quæ permovit hunc **Principem** pietate plenum ad existruendam speciosam **Ecclesiam** in eodem loco in honorem **Infantis** **JESU**, & **sanctissimæ** **Matris** **ejus**, semper **Virginis**, quæ hodie adhuc consistit penes **magnum** **Cænobium** **Religiosorum**

sancti **Francisci**, qui **dies** **noctes**que decantant laudes **DEI** in hac **Ecclesia**.

Post hæc, te interrogo, an nondum videas **magnificum** factum ab ipso in orbem introitum, eod quod non solum firmaverit pacem in toto universo, sicque omnes rapuerit creaturas in admirationem & silentium; sed etiam, quod tantâ cum gloriâ fuerit usus servitiis & obsequiis **Imperatorum**. Quantô demulceor cordis gaudiô, ô adorandissime **JESU**! quod non obstantibus cunctis in speciem abjectis vilitatibus, quibus amore mei obvolvere & abscondere voluisti divinas excellentias tuas tempore **nativitatis** **tuæ**, illæ tamen videantur resplendere, tu agnoscaris, tu adoreris ubique, eod quod æquali ratione ubique sis **Deus**! sed dissipata quantocyus omnes nubes, quibus obvolveris, ô **divine** **Sol**! exurge è sinu **auroræ**, & conspiciendum te præbe toti universo in pulchritudine tua: rapies ad te omnium corda hominum.

Dices forsan, hæc omnia non videri; nec constare quod **Augustus** **Imperator** cuncta hæc fecerit pro obsequio, & pro gloria **Christi** **JESU**: maxime cum nil videatur in ipso, quod quidquam habeat splendoris, nec per quod luculenter discerni possit à cæteris hominibus. Nonnè in universo mundo conspicienda se præbeant inusi-

Magnificus
introitus Fili
Dei in mun-
dum.

Cun-
fera
ractu
rati

Tene
nes
te v
mira

inuitata prodigia, quando Majestas DEI eo nomine descendit de cælo, ut ritu solenni suum in orbem faceret ingressum? Ita est, conspecta sunt il-

la tum valdè stupenda, tum admodum numerosa, juxtà bonorum Auctorum testimonia, quorum tibi hic annotabo nonnulla.

ARGUMENTUM.

Plura prodigia, quæ conspecta sunt intrante in mundum Jesu Christo, quæ manifestè probant, ipsum esse DEum.

ARTICULUS IV.

Cur magis deferamus miraculo, quam rationi?

Naturaliter videre desideramus quidquam insoliti; solum & unicum prodigium à nobis conspectum, quodque nostrum attonitum reddet animum, plus roboris habebit ad persuadendum nobis, quàm plures rationes optimæ cum toto valore suo, totâ evidentia suâ. Hoc forsân oritur ex eo, quod, cum ratio non excedat nostras vires, ipsam non tanti æstimemus; quodque prætendamus defendere nos contra ipsam per alias rationes ab intellectu nostro inventas, quas ejusdem esse roboris nobis persuademus. Sed unicum miraculum inserit nescio quam animo nostro æstimationem illius potentia, quæ est supra nos, cui confestim judicamus, nostrum submittendum esse judicium.

Tenemur omnes curiositate videndi miraculum.

Omnes homines innatò flagrant desiderio aspiciendi prodigia, quæ transcendant vires naturæ: demones naturaliter feruntur eò, ut fingant illa, ad de-

ciendos homines; sed Deus solus prodigia vera, cum placuerit illi, operari potest ad homines instruendos, tum commovendos. Deum esse oportet, vel continere potestatem Dei in manibus, ad patrandum aliquid, quod vel vires naturæ superet, vel ordinarias ipsius leges subvertat. Tanta conspecta sunt prodigia in pluribus mundi partibus & in cunctis naturæ sedibus, tempore nascentis Christi Jesu, ut totus mundus evidenter observans, manum Dei hanc esse, quæ illa operetur, non immeritò judicare potuerit, magnum quid & prorsus insolitum accidere debuisse in terris, cum tot mutæ creaturæ ipsius loquerentur oculis modo tam inusitato, tamque stupendo, ad illud ipsi annuntiandum.

1. Tres soles apparuerunt in cælo, qui conjunxerunt se in unum, ad insinuandum hominibus, quod tres naturæ, quæ sunt divinitas, anima rationalis & corpus

Plura prodigia apparuerunt nascense Domino.

Tres soles
conjuncti in
unum,

Ex Drexel,
de Christo
nascente. p. 1.
c. 2.

Globus splen-
didus supra
Romam,

Orosius l. 8.
histor. c. 18.

Templum pa-
cis construens.

pus humanum, conjungi debeant in unica persona Christi JESU, ad componendum non nisi unicum Solem æternitatis, qui divina sua diffunderet lumina. Prodigium hoc contigit uno anno ante Imperium Augusti; & Baronius, qui id refert in suis Annalibus, idque desumpsit ex Lippomano, affirmat, duos ex hisce solibus circumdatos fuisse circulo aureo, & tertium apparuisse, quasi circumcinctus foret coronâ spineâ, quæ ardere videbatur.

2. Globus splendidus, qui similitudinem referebat ingenti sphaeræ ex auro solidissimo & fulgentissimo apparuit supra urbem Romam, velut descendens è cælo in terram, ubi cum multo major esset factus, ascendit denuò è terra in cælum. Orosius hoc refert libro 8. historię suæ, capite 18. Semper creditum est, globum & splendorem esse Symbola divinitatis. Prodigium hoc nonnè clarè loquebatur hominibus, quòd divinitas descenderit è cælo in terram, ut reascenderet è terra in cælum, ratione quâdam facta major, accessu novæ gloriæ, quam sibi acquisivit afferendò salutem peccatoribus.

3. Sed prodigium hoc non erat tam manifestum toti mundo, nec loquebatur tam clarè cunctis hominibus. Sicut illud de subitanea & inopinata ruina templi pacis in urbe mundi ca-

pite. Romani post pugnas plurimas, nec pauciores victorias, quibus potentiam regni dilatârunt in magnam orbis partem extruere voluerunt templum pacis; & cum tantæ soliditatis conficere id vellent, ut provocare etiam posset tyrannidem temporis cuncta devorantis, immensos fecerunt sumptus ad erigendum, uti sperabant, æternum paci-
Lippomano, tom. 8.
nes le habitaculum. Absolutâ totâ mole consuluerunt oracula, interrogantes: quanto tempore
Sur, tom. 6.
subsistere debeat, & substitutum sit templum hoc magnificum; & responsum acceperunt: *Donec Virgo pariat*. Crediderunt ergò, iunvere hoc velle, substitutum ipsum absque metâ & in æternum; eòquòd impossibile crederent unquam Virginem parituram. Et ipsâ nocte, quâ sanctissima Virgo divinum suum Infantem peperit in Bethlehem, templum pacis corruit Romæ casu inopinato, cujus nullam videre fuerat causam: Prodigium hoc, quod nunquam expectassent, magno concussit terrore totum Imperium Romanum, & sapientissimi quique meritò judicârunt, potentiam suâ majorem eripere sibi velle pacem, incassum se reluctantibus. Sed nesciebant JESUM Christum è cælo venisse in terram ad turbandam falsam peccatorum pacem, & apertum denuntiandum bellum vitii mundi:

Matth. 10.
v. 34.

Fons olei
fluit.

di: *Non veni pacem mittere, sed gladium.*

4. Fons olei scaturiens Romæ in loco, qui nuncupabatur *taberna meritoria*, fluxit usque in Tiberim, satisque diu fluxum tenuit, ut ab universo spectaretur populo; & ut totus raperetur in admirationem mundus, nemo tanti prodigii percontari potuit causam.

Statuæ Capito-
lii vel con-
trita vel sub-
versa.

5. Plures statuæ in Capitolio fuerunt susque deque versa, aliæ contrita & quasi in pulverem redacta, & aliæ etiam colliquefacta. Imagines Romuli & Remi, qui prima jacerent urbis fundamenta, & figura lupæ, quæ ambos lactavit, inventa sunt destructa à visibili quadam potestate. Litera, qua celata erant in columnis æreis, ut totus mundus legeret in eis fundamentales imperii leges vel deleta, vel inter se invicem commixta & confusa sunt. Quanta prodigia, quæ patrari non poterant, nisi à majore quadam potentia, quam illa fuerat magni hujus imperii! Infans Jesus, qui clam & in occulto ingrediebatur mundum, exercet jam omnino visibiliter potentiam suam invisibilem in magna hac urbe, ubi firmare aliquando volebat præcipuum imperii sui in terris solium.

Idola, quæ da-
bant oracula,
obmutescunt.

6. Omnia idola, quæ assueverant se consulentibus reddere oracula, obmutuerunt; & cum

primis Apollinis, quod Imperator Augustus singulari protequebatur veneratione. Cum hic Princeps ipsemet litasset illi sacrificium, ad eliciendum ex ore ipsius aliquod oraculum quod cognoscendi magnò ardebat desiderio, nihil responsi dedit: undè cum adjiceret secundum, urgendò ipsum ad manifestandum salutem causam silentii sui & denegationis, quâ satisfacere abnuebat Imperatori, quem universus adorabat mundus; tandem respondit in hos versus, qui referuntur à Suida & tot aliis bonis Auctoribus:

Me Puer Hebræus, Divos Deus
ipse gubernans,
Cedere Sede jubet, tristèmq;
redire sub Orcam.

Haud ignoro, omnia hæc pro-
digia & mille alia ab Auctoribus
tum sacris, tum profanis relata,
non esse articulos fidei divinæ,
qui necessariò credendi sint; ni-
hilominus tamen sunt articuli
fidei humanæ, quam necessariò
adhibere debemus testimonio
Auctorum gravium, & cele-
brium, qui præteritorum sæculo-
rum conservarunt nobis memo-
riam. Siquidem cujus spiritus es-
semus, si nihil unquam credere
vellemus ex omnibus, quæ dicunt
nobis homines. Quantæ etiam
proterviæ incurteremus notam,
si nil unquam credere vellemus
eorum, quæ à viris tantâ auctori-
tate

tate pollentibus affirmantur nobis, sub prætextu, quòd, cum tantæ infallibilitatis non sint sicut Deus, decipere nos possint, sicut & ipsimet decipi: oporteret ergò plerâsque nostras suspectas habere, adeoque repudiare cognitiones, quas aliâ viâ habere non possumus, nisi adhibendò fidem humanam iis, qui illarum dederunt nobis informationem.

Crede omnia & credere nihil, sunt duo extrema æqualiter vitiosa.

Non minus malum est credere nihil, quàm credere omnia. Qui credit omnia, facile decipitur, caputque sibi opplet fallitibus & erroribus; & qui nihil eorum, quæ sibi dicuntur, credit, privet seipsum plurimâs veritatibus ac pulcherrimâs cognitionibus. Invenire est Auctores, qui digni non sunt, ut fidem inveniunt: sunt verò etiam, qui merentur, ne suis fides abnuatur testimoniis. Sanctus Thomas, S. Antoninus, S. Bonaventura, Testatus, Beda & ejusmodi, qui recensent ingentem numerum prodigiorum, quæ acciderunt in diversis mundi partibus, vel eodem tempore, vel tempore vicino nâtivitati Jesu Christi, quæque o-

stendunt, omnipotentem manum Dei cunctas exstimulasse creaturas, ut magnum instruerent apparatus pro receptione Filii sui unigeniti, quando hic mundum suo honorare voluit ingressu, sunt Scriptores tantæ auctoritatis, qui mereantur non argui, quòd fabulas pro veritate nobis voluerint recensere.

Est quidem aliquid, reponit ad hoc hospes noster, sed ut verum vobis fatear, hæc omnia nondum mihi faciunt satis. Optarem in propria persona Jesu Christi, & ipso in loco, quem suo consecravit ingressu, aliquid, quod nobis ipsius declaret excellentiam. Hæc paupertas, hic locus abjectus, hæc universalis exspoliatio rerum omnium offendit me, nec digna mihi videtur majestate illius, qui agnosci debeat pro Monarcharum omnium maximo. Ex his bonus noster Ecclesiasticus & suum & nostrum fortiter incitavit animum, ostendendò nobis in ipsis hisce apparentibus vilitatibus, majori cum fulgore resplendere infinitas Jesu Christi excellentias.

ARGUMENTUM.

Pauper status, in quo Jesus Christus nascens apparuit, evidenter probat ipsius Divinitatem.

ARTICULUS V.

SI Christus Jesus ingredi voluisset mundum totus refulgens excellentiâ humanâ & corporali, quam probationem attulisset

Si JEsus in-
greffus effet
mundum ma-
gna cum po-
tentia, an-
credendi non
habuiffemus
ipsum esse
Deum.

lisset Divinitatis suæ? si posside-
re voluiffet omnes thesauros ad
se pertinentes, & si potentem
composuiffet exercitum ex om-
nibus Imperii sui subditis, quos
recenseri & quasi conscribi more
militum voluit, per edictum
Cæsaris Augusti, tempore, quo
invectus est in mundum, sicut
modò diximus; sique immensis
cum divitiis & potentiâ formi-
dandâ veniffet subjugaturus sibi
orbem: quid ingentis in hoc pa-
trâisset prodigii? Tantum abest,
hoc certo fuisse argumento ad
credendum ipsum Deum, ut po-
tius præstitiffet omninò contra-
rium; omnes namque dixiffent:
Nemo est hominum in mundo,
qui præstare non posset quod
ipse, modò easdem haberet di-
vitiis, eandem, quam ipse poten-
tiam.

JEsus Christus
non anhela-
vit excellen-
tias corpora-
les.

Excellentias reperire est mate-
riales & sensibiles, quas tanti pen-
dunt carnales, ut alias æstiment
nullas; sed sapientes illas faciunt
flocci, eòquòd nòrint omnia, cor-
poralia inferioris ordinis esse ho-
mine, qui meliori sui parte spiri-
tualis est; nec tam nobiles sunt
hæ, ut ipsi quidquam adicere
possint magnitudinis. Nihilomi-
nùs Optimates mundi, & præci-
puè Monarchæ, etiam sapientif-
simi sollicitè aucupantur exterior-
es has & sensibiles excellentias,
eòquòd fulciri illis ac stabiliri
magnificentias & coronas suas

putent; non desiderant nisi the-
sauros inexhaustos, numerosissi-
mos exercitus, cum illis indigeant,
probè gnari, quòd conficere nil
poterint absque illis.

Sed JEsus Christus nihili facit
omnes excellentias & visibiles;
noluit possidere divitiis nec po-
tentiam temporalem, quòd illis
non indigeret ac probè nòffet, se
sine his omnibus conficere cun-
ctâ posse, quæ volebat, in quo de-
monstrare voluit, se Monarcham
esse alterius conditionis & ordi-
nis, quàm omnes sint alii. Ne
igitur ejusmodi excellentias quæ-
ras in ipso, repudiavit has omnes,
utpote se indignas; possidet au-
tem alias longe sublimiores. Sed
quænam sunt istæ.

Inveniuntur aliæ excellentiæ Dantur excel-
spirituales & invisibiles, quæ nul-
lo apud carnales sunt loco, eò-
quòd ipsarum ignorent valorem
ac pretium; sed sapientes tanti
faciunt ipsas, ut omnes corpora-
les, quando etiam forent thesauri
regum, ipsorumque potestas, ni-
hil in comparatione videantur
ipsis. Siquidem videre erat Phi-
losophos, qui noluerunt sua de-
serere studia, quorum adminicu-
lo se incessanter locupletabant
excellentis spiritualibus, ut possi-
derent medietatem alicujus regni
sibi oblata: visi sunt etiam, qui,
cum tolerare non possent im-
portunatam curarum, quibus
pungebant mentem, pauca illa,
quæ

quæ possidebant, bona temporalia, non permittendo cum libertate frui bonis animi, commiserunt & immerferunt illa fluctibus maris, ad liberandam se illi-
cò ab illorum tyrannide: *Abite, vana sollicitudines: mergam vos, ne mergar à vobis.*

Cur Iesus
Christus non
voluerit de-
monstrare
eloquentiam.

Homines sapientes, quibus constat valor excellentiarum spiritualium, non indigent corporalibus, cum non sint ex ordine & serie illarum, in quibus suam collocant felicitatem. Sed hi magno cum zelo inhiant spiritualibus, eòquòd in his inveniant suam gloriam, suum regnum, suas divitias, suas voluptates, suam abundantiam, & omnia illa, quibus facultas est efficiendi se beatos, seque extollendi supra cæteros hominum. Iesus Christus poterat quidem intrare mundum totus irradians splendoribus excellentiarum spiritualium, eòquòd includeret in se omnes thesauros sapientiæ & scientiæ DEI Patris sui. Sed an medium hoc fuerat ad probandam irrefragabiliter ipsius Divinitatem? si mox ab exordio demonstrâisset clarè omnem pulchritudinem scientiæ suo intellectu conclusæ; si locutus fuisset hominibus, iis diviniæ suæ facundiæ illecebris, cuius divitias & gazas omnes in suo circumferbat capite; & si effudisset torrentes admirabilis iltius sapientiæ, cuius inexhaustos fontes ge-

stabat in semetipso: absque dubio omnes inescâset animos, & omnium comparâset sibi corda hominum.

Sed quid grandis portenti in hoc fuisset conspectum? an agnitus fuisset pro Deo, quòd ita omnes rapuisset homines suæ dulcioris eloquentiæ, sicut rapuisse fingitur Orpheus post se arbores scapulos, feroces belluas suæ sonitu cytharæ? Neutiquam: siquidem constat, magnam esse eloquentiæ vim, quæ demulceat aures, & quantò hoc est major, tantò magis demulcere illas. Humanæ conditioni familiare est admodum, scientiarum decorem placere animo, illùmque lucrari? & quantò scientia sublimior & excellentior fuerit, tantò magis lucraturam animos, tantòque facilius devincturam ipsos. Naturæ omninò conforme est, quòd sol omnem splendorem suum effundens in meridie, suâ luminis abundantia omnes offuscet, & caligine involvat faculas, quas accendere possumus in terris. Si ita apparuisset velut omnium sol ingeniorum, ad absorbendum parva illorum lumina, sui luminis immensitate, dici quidem potuisset: Ecce tibi sapientissimum & eloquentissimum hominum; sed quòd DEus esset, ex hoc cognosci neutiquam potuisset: quin potius ex opposito, quæcunque fecisset, adscripta fuissent scien-

scientiæ & eloquentiæ artificio.

Cur Jesus Christus reperit à se excellentias corporales & spirituales.

Oportebat ergò ipsum longè à se propellere duo hæc excellentiæ corporalis & spiritualis genera ut homines intuendo ipsum absque illis magnum, agnoscerent & confiterentur; aliud ipsius personam complecti debere genus excellentiæ, quæ superaret illas; & hæc excellentia est divina. Si enim non possidendo aliquam excellentiam materialem, nec demonstrando, sicut potuisset, aliquam spiritualem, non possidisset tertium aliquod genus excellentiæ, quæ exaltatus & elevatus fuisset super omnes excellentias corporales & spirituales; ut quid non semper mansit contemptus & despectus?

Erat excellentia quædam procul dubio in ipso: hanc enim cognoscimus modo per effectus visibiles, qui summi ac supremi, quibus afficimus ipsum, honores, velut Regem regum, & Dominum dominantium. Sed qualem demonstravit demum excellentiam, dum orbem suo felicitavit adventu?

Si Jesus Christus ostendisset in se omnia tria excellentiarum genera, fuisset res ambigua.

Si conjunxisset in persona sua omnia tria excellentiarum genera; materiales, spirituales & divinas, res mansisset ambigua. Nonnulli attribuissent absolutum imperium, quo subjugasset mundum, excellentiis ipsius materialibus; aliqui excellentiis ipsius

spiritualibus; alii, sed paucissimi, excellentiis ipsius divinis. Sed quia habere non voluit nec excellentias materiales, nec excellentias spirituales, sublata est ambiguitas; & manifestè videtur, solas divinas excellentias esse, quæ contulerint ipsi imperium mundi. Ecce quare dixerim, quòd pauper status, in quo nascens apparuit, mirum in modum ipsius demonstret & refulgere faciat divinitatem.

Hoc igitur est, in quo Christus In quo Jesus Jesus extitit admirabilis; hoc Christus totus est, quod manifestè ostendit divinitatem ipsius habenti oculos ad intuendum illam: hoc est, quòd, cum dives non fuerit, nec potens exterius, quin ullas ostenderit intellectus sui divitias, infinità tamen ratione magnus fuerit, sed magnitudine, quæ cum non sit humana, esse non potuit nisi divina, quæque triumphare novit in medio contemptuum, paupertatis afflictionum, ignominiiis crucis suæ, & maximis quibusque opprobriis, quibus hominum miserrimi poterunt esse immergi. Quòd suæ gloriæ divinitatis in his omnibus resplendere super hæc omnia fecerit triumphare; quis evidenter non aspiciat, quòd, si magnus non fuisset magnitudine divinà, alias omnes superante magnitudines, hæc omnia fuissent ipsi impossibilia?

li 3

Ma.

Quare omnes
homines par-
vi faciant ex-
cellentias JE-
su Christi.

Magnitudo admirabilis reve-
rã, eòquòd per hanc extra se-
metipsum Deus sit magnus; sed
cognita & explorata non est, nec
iis, qui æstimant magnitudines
& excellentias carnales, nec iis,
qui non æstimant, nisi magnitu-
dines & excellentias spirituales,
cùm hi sat luminis non habeant
ad conspiciendam magnitudinis
hujus pulchritudinem & verita-
tem. Omnis multitudo homi-
num sectatur, venatur, aucupa-
tur excellentias corporales, eò-
quòd palpabiles hæ sint & visibi-
les, sibi que promittant, inventu-
ros se in illis felicitatem suam,
citã id, quòd ullas pendant aut
æstimant alias: sed hæ omnium
sunt infimæ, & homine prorsus
indignæ, cùm ipsum deducant
ad agendum vitam, quæ magis
accedat ad vitam bestiarum,
quàm illam hominum, ferme
omnes illi, qui pollere volunt
animo parvi faciunt excellentias
has materiales & caducas, sed in-
hiant excellentiis spiritualibus,
eòquòd hæ magis dignæ sint ho-
mine, nec credunt esse alias, quæ
suam satiare & explere possint
animam. Sed & hæ nimium ad-
huc abjectæ sunt & viles pro
Christiano, cùm idoneæ non sint,
nisi ut faciant ipsum magis acce-
dere ad vitam Philosophorum
gentilium, quàm Seraphinorum
in cœlo.

Sunt rari nantes, etiam inter
Christianos, qui cognoscant ex-
cellentias divinas, quique eo te-
neant ipsas loco, quem meren-
tur. Nam si excellentiæ spiritua-
les infinitã ratione excedant &
superent carnales, excellentiæ di-
vinæ magis adhuc transcendunt
& antecellunt spirituales. Sed
quàm pauci sunt, qui probè hanc
cognoscant veritatem, eòquòd
omnia lumina naturalia, quæ fer-
mè in omnibus sequimur, nihil
hic capiant, nihil comprehen-
dant! siquidem dum dicitur,
quòd excellentiæ hæ divinæ con-
sistant in divitiis invisibilibus &
supernaturalibus, in gratiis in vir-
tutibus, in perfectionibus in ani-
ma absconditis, quarum nihil vi-
demus, nisi quòd ille, qui abscon-
ditum huic invenit thesaurum,
perfundatur voluptate, si vivere
sibi liceat in contemptu, in pau-
pertate, in afflictionibus, in per-
secutionibus, & tandem in cæte-
ris omnibus miseriis humanis:
quæ tanta oculorum sit acies, quæ
aliquam in his omnibus intuea-
tur excellentiam? Omnes offen-
duntur sensus unico propositio-
nis hujus intuitu; tota se oppo-
nit natura, sermo si fiat de ipsius
receptione; ipsa irritatur ratio,
& asserit, id sanam oppugnare
mentem; denique vox publica
& multitudinis exemplum est
quasi torrens, rapiens post se om-
nia, & totum persuadens opposi-
tum.

Cur tam pau-
ci Christiani
cognoscant
& æstimant
veras excel-
lentiã Christi
Jesu.

Ver-
lent
JES-
nor-
nisi
cœ-

Qu-
sta
len-
qu-
ma

rum. Quis firmus adversum tantas consistat oppositiones, ut credat, excellentias ibi esse, ubi omnia vociferantur, non esse nisi vilitates & abjectiones?

Verum est, excellentias has videri non posse, nisi per lumina cœli; illa terræ, cum omni, quam facere poterunt, contentione, non pertingent illuc. Sed quando placuerit Deo illarum pulchritudinem manifestare animæ, ô Deus, quàm ingens admirationis argumentum illa sit sibi ipsi, & omnibus aliis, eòquod hic intuitus, quo obruitur & abripitur, operetur in illa effectus, qui totidem videantur prodigia! Illa nonnisi vilitates contemptibiles in omnibus iis, quæ mundus æstimat, intuetur; econtrà autem pulchritudines, quibus mirificè demulceatur, aspicit in omni eo, quod mundus contemnit.

Omnes aucupantur excellentiam, in qua videre se putant pulchritudinem aut prærogativam; cujus possessione reddantur felices. Carnales aucupantur divitias, honores, voluptates, dignitatum munera, præcipua officia; & his solis invenire se credunt felicitatem suam: Et omnes quasi ipsorum assentiuntur opinioni. Anima illustrata lumine cœli, cujus virtute intuetur pulchritudinem excellentiarum divinarum, non aucupatur,

nisi paupertatem, contemptum, afflictionem, solitudinem, & vitam absconditam à mundo se prorsus abstrahentem, & recentem quasi inter mortuos, cum firmissimè sibi persuadeat, se suam in his reperturam felicitatem; & omnes quasi contemnunt ipsam, ac infelicium recentem in album: sed ipsa novit optimè, decipi ipsos; se autem decipi non posse. Et ecce quare?

Imprimis diriguntur carnales Plures pulchrorum lumine sensuum, quos chræ differe-
rentiæ inter
illos, qui in-
hiant excel-
lentiis carna-
libus, & eos,
qui inhiant
divinis.

sibi communes habent cum bestis: dici ergò potest ipsos dirigi & deduci velut bestias, quamdiu sectantur ea, quæ blandiuntur sensibus: nihil abjectius, nihil rudius, sensibus fraudulentius est nihil. Hæc econtrà luminibus dirigitur cœli, quæ sunt infallibilia; dici ergò potest, ipsius directionem esse supernaturalem & omninò divinam, quamdiu sectatur excellentias sensibus & rationi humanæ incognitas, hæcque ipsi ab alio, quàm a Deo demonstrari non posse. Nihil ergò est hoc certius.

Secundò, carnales nonnisi inhiant excellentiis perituris & caducis, quas possidere longo non possunt tempore. Hæc excellentiis inhiant divinis, quas possidere potest in æternum. Carnales aucupantur excellentias, quæ carò admodum veneunt pretiò; ut ac-

ram pau-
Christiani
solcant
stiment
excel-
as Christi

Vera excel-
lentiæ Christi
Jesu videri
non possunt
nisi per lumen
cœli.

Quilibet se-
ctatur excel-
lentiam,
quàm æsti-
mat,

ut acquirantur, oportet magnas absorbere molestias; & sapius se mutuis conficiunt vulneribus homines, quis habeat illas; sed nec habent illas, quando volunt. Hæc invenit ubique divinas, quas amat excellentias, quarum possessione fruitur in pace, nec est, qui illam perturbet.

Si carnales sensibili aliqua demulcentur voluptate in possessione corporalium suarum excellentiarum, non potest hæc esse, nisi valde levis, eoque dependeat a sensibus non nisi valde limitatam virtutem habentibus. Hæc quidem nullâ sensibili perfunditur delectatione in divinis, quas amat excellentiis; sed perfunditur voluptate aliâ longè sublimiori, puriori, suaviori, tranquilliori, & abundantiori absque comparatione, eoque consoletur & repleat animum, non tam arctis circumscriptum limitibus, sicut sunt sensus.

Anima cognoscens excellentias divinas, magis delectatur illis, quam mundani carnalibus.

Hinc est, quod carnales plurimum æstiment & ament excellentias suas materiales; hæc incomparabiliter magis æstimat & amat excellentias suas divinas, illasque tanto prosequitur affectu, ut deserere illas non vellet pro cunctis totius mundi imperiis. O Deus, quam insigne miraculum! quam dignum cælorum oculis spectaculum, eoque his careat terra ad illud conspiciendum! O quam jucundum

est videre animam, quæ clarè divinarum excellentiarum intuetur pulchritudinem, quam mundus intueri non potest: quantum transcendit hæc id omne, quod æstimat mundus! Et quando ipsa benè in hoc animi fundata est sensu, nonne omnia ipsius attentata quasi totidem sunt portenta?

Mundi optimates, vestras a Pulcher affectus anime cognoscentis veras excellentias Jesu Christi. mate divitias, quanto placuerit vobis cum ardore; ego meam amo paupertatem incomparabiliter majori cum æstimatione; majori ex illa demulceor voluptate, eoque intuear in illa excellentias divinas & æternas, quas vestræ non complectuntur divitiæ. Ambitiosi mundi affectu vestros amate honores, vestras dignitates, vestra munera, quanta volueritis cum affectus vehementia: Ego meam amo abjectionem, meam humiliatorem, meum contemptum, in quibus cor meum plus solidi invenit solatii, plus quietis & pacis, quia aspicio in illis excellentias divinas & coronas æternas, quas nesciunt vestri honores. Voluptuosi mundi amatores, immergite vos deliciis vestris sensualibus, velut magno felicitatum vestrarum Oceano; ego amo afflictiones vitæ meæ mortificatæ, laboriosæ, pœnosæ, non obstante sensuum meorum repugnantia; & ego majori deputo felicitati,

rati, unico pati die, quàm omnibus vestris innatare deliciis, toto curriculo vitæ meæ, edquòd in meis afflictionibus excellentias conspiciam divinas, quas vestra ignorant deliciæ.

Quanti mundus aestimet eos, qui ipsum contemnunt.

Mundus obstupescit, totusque hæret attonitus, dum bonam animam hæc ratione audit loquentem; credens, has non esse nisi puras imaginationes, ipsamque labiis duntaxat extremis hæc facere verba; sed si percipit ipsam effari veritatem, & ipso opere tam eximios cordis intimo insculptos circumferre animi sensus, ambiguitatem immutat in admirationem, & fatetur transcendere hoc omnes excellentias terra, nihilque tam magnum esse in mundo; & in arcano cordis sui cunctis verticibus coronatis hanc præfert & reveretur animam, malens ipsius statu frui, quàm elevari super folia.

Solus defectus fidei nostræ nos impedit, ne verè magnifimur.

Eheu! cum amemus naturaliter excellentiam, ecurr non ardentissimè venamur veras hæc excellentias divinas, quas Sapientia infinita Dei ostendit & manifestavit nobis in terris. Totius rei cardo consistit in hoc unico, ut credamus firmissimè, verum esse, imò esse verissimum, contineri in his omnibus excellentias divinas, & excellentias æternas, quæ infinita ratione transcendant omnes excellentias terræ. Et quid valeat id persuadere

nobis, si non sufficit, quòd DEUS ipse suo firmaverit verbo, id verum esse? si non sufficit, quòd Filius unicus, qui est Sapientia infinita Patris sui, nobis id demonstraverit in propria persona sua, cum omnes alias tum corporales, tum spirituales repudiaverit excellentias, ut has conservaret solas, velut solummodò dignas Majestate DEI? Si non sufficit, quòd omnes Sancti gubernati à Spiritu Dei; illas quæsièrint ardentissimè, seque maximo cum gaudio immerferint illis, contemnendò omnes alias? Et videmus obtinuisse ipsos per hæc gloriam æternam coram Deo & coram hominibus. Si hæc omnia nos non convincant, quid unquam convincere poterit?

Imaginare tibi, quàm profunda pax, quanta dulcedo, quis Paradisus terrestris foret, si tota Ecclesia, si omnes Christiani, sicut deberent, firmissimè crederent sublimes hæc veritates, & juxta ipsarum agerent præscripta. Nemo esset, qui disceptaret, quis habeat facultates & opes, quis honores, quis dignitatum munera; sed tota foret disceptatio, quis non haberet illa? Nemo inhiaret voluptatibus & deliciis vitæ, quæ tanti constant, tantasque conciliant strages, sed fugerentur velut pestes; esset nemo, cui starent vel minimo. Contemptus, persecutiones, afflictio-

Admirabilis conditio animæ, quæ noscitur & amare veras excellentias Christi Jesu.

nes & cruces vitæ humanæ, quæ supplicio nobis sunt, tantasque ex ore nostro extorquent querimonias, nostras constituerent delicias, & idipsum, quod reddit nos miseros, nos redderet beatos. Et totum hoc denique consistit in puncto unico, ut credamus firmissimè, in his omnibus confi-

stere veras excellentias divinas, quæ infinità ratione transcendunt omnes excellentias terræ, quæque fons & origo sunt maximæ cuiusvis felicitatis, ad quam aspirare possimus. O JESU lux mundi! aperi oculos nostros, nosque clarè fac intueri hanc veritatem.

ARGUMENTUM.

Unde veniat, quòd plerique Christiani ambulent viâ tam oppositâ viæ & vitæ JESU CHRISTI.

ARTICULUS VI.

Mirandum, quòd Christiani tam parum sint Christiani.

QUANTAS illecebras habet veritas, quibus omnes animas ad sui allicit amorem, si vel paulisper aspicere illis liceat ipsius pulchritudinem! Illustris illa domina, quæ hucusque actum servaverat silentium, continere se non poterat, quin ostenderet se commotam esse, tam æstimatione ejus, quod audièrat, tum magnâ admiratione illius, quod videantur Christiani ignorare fundamentale hoc punctum totius moralis doctrinæ Christianæ. Unde venit, dicebat ipsa, quòd Christiani sint tam parum Christiani; quòd, cum probè sciant, JESUM CHRISTUM, quem velut exemplar suum se profitentur imitari, contempsisse omnes excellentias, quas tu nuncupas carnales, omnesque illas, quas appellas spirituales, & nonnisi solas

elegisse divinas, quæ sub contemptibili specie latent absconditæ; ipsi econtra nonnisi has solas contemnant & maximi pendant cæteras omnes? Nonnè videtur, ipsos Christianos non esse, nisi solo nomine, anti-Christianos autem opere & professione? cùm tamen optime nobis constet, in magno judicii die, omnes recepturos juxta sua opera, & non juxta sua nomina. Unde est, quòd tam multi gloriantur specioso hoc nomine, tamque pauci ejusdem verè assumant spiritum & affectus.

Respondebatur ipso: *Causa* Tres fontes nostrarum cognitionum, sensus, ratio, fides, hujus est manifestissima, si vel leviter duntaxat consideretur. Inde est, quòd anima nostra omnes suas cognitiones non hauriat nisi è tribus principiis; vel sensibus, vel ratione, vel fide: his ducto-

ductoribus dirigitur in omnibus, quæcunque facit.

Sensus æstimandas ipsi proponunt excellentias carnales; omnes enim alias ignorant: ratio docet ipsam pendere plures excellentias spirituales: sed divinæ ipsi non sunt cognitæ: sola ergo fides est, quæ conferre nobis possit tum cognitionem, tum æstimationem excellentiarum divinarum.

Ferè omnes homines reguntur sensibus.

Jam quaeso te, considera, quisnam sit communis hominum vivendi modus in præsentia vitæ, Nonne verum est, plerisque dirigi & gubernari nonnisi à sensibus? Nonne videntur materiæ semper immerfam suam circumferre animam, quin vel unquam supra sensus corporis attollant ipsam? Id, quod vident, quod tangunt, quod audiunt, quod gustant, totum omnino est, quod omnem ipsorum constituit occupationem. Jam omne id, quod sub sensu cadit, tam procul abest ab excellentiis divinis, ut etiam longè inferius sit excellentiis spiritualibus; sed hæc nuncupantur excellentiæ carnales. An mirandum sit, quod tota hominum multitudo, quorum anima ferè non aliud, nisi ad ejusmodi feratur excellentias? Non agnoscunt ipsi alias, veræque apud ipsos est parcæmia: *Ignori nulla cupido?*

Haud levis erat operæ, quod eò redacti sint, ut quandoque suam à sensuum servitute expediant animam, & mediam saltem horam collocent indies in serâ consideratione, an homines sint ratione præditi, vel an agant bestias. Sed quantos invenire est, qui ferè nunquam deserunt perpetuum, quod habent cum sensuum objectis, commercium, à quo nec unico horæ quadrante cessant, ut ingrediantur in semetipsos, & semel saltem de die agant, conversentur & differant cum ratione sua. Et hæc continua animæ cum sensibus conversatio, rapit illam in inevitabilem quandam necessitatem, ut nonnisi carnales æstiment & requirant excellentias, eò quod aliarum nullam prorsus habeant cognitionem; hæc vera & solida est ratio, cur quasi omnes se illis committant, illas amplectantur. O quàm procul absunt ab amplexu excellentiarum divinarum, cum nec modum nec medium habeant, se attollendi usque ad spirituales, quæ infinita ratione adhuc inferiores sunt supernaturalibus & divinis! Tertulianus appellabat ejusmodi homines, quibus scaret mundus, *Psychicos*, id est, Christianos naturales, qui totam vitam suam consumunt reptando in natura corporea.

Valdè pauci ducuntur lumine rationis.

K. k 2

Nihil-

Amantur ar-
denter excel-
lentia spiri-
tuali scientia-
rum, quem
amorem ne-
mo reprobat.

Nihilominus invenire est semper non levem numerum bonarum mentium, quæ se attollunt supra sensus, magisque intendunt luminibus & cognitionibus rationis. Hæ comprehendunt probè, excellentias spirituales longè nobiliores esse corporalibus; hinc illas magis amant, illas præferunt, illasque inquirunt contemnendo alias; majori delinuntur gaudio, dum suum imbuunt pulchrâ quâdam cognitione animum, quàm avari dum suas replent cistas argento; absque comparatione malunt in musæis suis cum suis codicibus miscere sermonem, quàm immiscere se in aula quibusvis sæculi vanitatibus, voluptatibus, dignitatibus; semperque majori tenentur aviditate benè suum collocandi tempus, ut suum locupletent & notitiis augeant intellectum, quàm aularum affeclæ inquirendi occasiones, quibus suam amplificent novis commodis & muneribus fortunam.

Nemo sibi piaculo ducit amare ardentem excellentias spirituales: frustra dixeris illis, quòd decipiantur, quòdque nonnisi distineantur crepundiis, quæ indignâ sint animâ Christianâ; quòd Jesus Christus divinus ipsorum Magister non pluri æstimaverit excellentias spirituales corporalibus; quòdque Christianus, si divini hujus Magistri verè agere

velit discipulum ac imitorem, majoris quàm ipse æstimare illas non debeat, sed anhelare unicè, ardentem desiderare excellentias divinas, quæ consistunt in humilitate, in cruce, in separatione ab omnibus rebus mundi, utpote, quæ solæ sint dignæ animâ Christianâ.

Ratio humana non capit hoc; & intellectus illustratus, sapiens, & insigni quâdam eruditione ex cultus, vi cuius extollatur super alios, ipsiusque effata audiantur velut oracula, ita inescatus est hoc genere excellentiarum naturæ suæ rationali convenientium, ut non credat, his alias esse magis amabiles, plurisque æstimandas. Si quis diceret huic homini tam ingenio, quàm scientiâ polenti, omnes has excellentias spirituales, quas tanti pendat, nihil esse respectu scientiæ, quâ quis benè noverit Jesum Christum crucifixum, ipsius imitari mansuetudinem & patientiam, communicare ipsius doloribus ac opprobriis, mori sibi ipsi, & ejusmodi: hoc comprehendere non potest, eò quòd magna hæc sapientia humana, quâ abundat, divinam hanc oppugnet fatuitatem & insipientiam: non credit absconditas hic esse, & intus latere excellentias divinas; sed omnes has veritates haud aliter intuetur, quàm velut animi abjecti infirmitates, quas summo habet

ludi-

Matth. II.
v. 25.

ludibrio, quasque tanto capiet minus, quanto magis contenderit examinare ipsas discursu suo naturali, & lumine scientiæ suæ acquisite: *Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis.*

Nec mirandum est, cum æquè impossibile sit cunctis rationis humanæ viribus, cognoscere unicam solam veritatem divinam & supernaturalem, ac impossibile est sensibus corporeis comprehendere discursum aliquem Philosophiæ. Et quia magna hæc ingenia ita rapiuntur pulchritudine excellentiarum suarum, ut deserere illas nolint; rediguntur in absolutam quandam impossibilitatem, non concipiendi unquam nec æstimationem, nec amorem erga veras excellentias divinas, eoquod hæc illis semper sint incognitæ: Et idè tam paucos videre est è magnis hæc Thraſonibus, suâ infatis & distentis scientiâ, qui benè repleantur Spiritu Jesu Christi, quique magnâ fruantur familiaritate cum ipſo in oratione. Facilius esset, quod ille, qui sollicitè inhiat excellentiis corporalibus, suo se exueret errore, & amorem ac æstimationem conciperet excellentiarum divinarum. Hæc res meritò humiliare deberet & tremore convellere mundum, qui de hoc nullam admittit cogitationem.

Facilius esset
facere è car-
nali spiritua-
lem, quàm è
curioso ve-
rum Discipu-
lum Christi.

Non est opus nisi sensibus cor-
poralibus ad cognoscendum &
amandum excellentias spiritua-
les, sed opus est fide, quæ lumen
est cœli, ad cognoscendum, quid
sint excellentiæ divinæ: nec sen-
sus, nec ratio humana compre-
hendunt hæc aliquid, cum ipsæ
infinitâ ratione transcendant om-
ne id, quod sentire nos possumus
aut comprehendere. An
quærendum nunc sit, quare ipsæ
tam universaliter ignorentur &
quasi à nemine æstimentur, a-
mentur quærantur? Omnes
quasi suos sequuntur sensus, vel
rationem suam humanam, &
quasi nemo sequitur pura lumi-
na fidei: reveremur illa, quia
novimus, ipsa esse infallibilia, sed
illis non obtemperamus, cum
proponant nobis talia, quæ inju-
cunda & molesta sunt naturæ.

Oporteret omnes sensus ar-
guere mendacii, ne credere id
nos, quod videmus, quod tangi-
mus, quod gustamus, quod expe-
rimur: oporteret obeccare ra-
tionem suam, & non videre id,
quod ipsa evidenter nobis de-
monstrat verum, & reluctanti-
bus omnibus nostris cognitioni-
bus naturalibus evidentissimis
ac certissimis, videre pulchritu-
dines & excellentias in rebus, ubi
non apparerent nisi honores &
vilitates. O Religio Christiana,
quàm potenter imperas homini-
bus! quàm perfectum exigis sa-
crifi-

Pauci spiritus
ales sunt, cum
pauci guber-
nentur fide,
sed sensibus
& ratione.

crificium omnium nostrorum sensuum, & rationis nostræ humanæ, ad præstandum homagium & obtemperandum veritati æternæ, quando loquitur nobis! Si quærat, quinam sint, quibus id faciendi sit animus? non nisi admodum pauci inveniuntur.

Evidens probatio, valde paucos veros Christianos esse in mundo. Nihilominus verum est, quod, sicut assimilamur bestiis per sensus, & homines non sumus nisi per rationem; sic Christiani non sumus, nisi per fidem. Tollas homini rationem, nec relinquant ipsi, nisi sensus, amplius nil erit nisi bestia. Tollas homini Christiano fidem, & non relinquant ei nisi rationem humanam & alius non erit nisi paganus. Et ecce tibi totum, quod sumus, quando nos ferè in omnibus non gubernamus nisi per sensus aut rationem. Si nunquam vivamus velut Christiani, nisi quando sequimur lumina & cognitiones fidei, fatendum nobis erit, nos rarissimè fore Christianos; & si nunquam quæramus vera bona, divinasque excellentias, nisi quando dirigimur illuc per lumina fidei, longè absumus, ut ipsas vel inveniamus vel possideamus, cum ferè nunquam ipsius sequamur lumina.

Quare sapientes rarè sint admodum spirituales. Illi, qui anxie inhiant excellentiis corporalibus, uti faciunt plerique hominum, procul absunt à divinis: nemo de hoc dubi-

tat. Qui sollicitè aucupantur excellentias spirituales, minùs absunt ab iis in uno sensu, sed magis ab iis absunt in altero: hinc est, quod difficilius sit illos errore expedire, ipsisque persuadere, quod male faciant; eòquod, cum nil videant criminis, sed nec aliquid indecentiæ in eo, quod ardentè ament excellentias spirituales, adhæreant ipsis absque scrupulo, illis ceu singulari se excolant ornamentò, credentes rem esse eximia dignam recommendatione, quin unquam contendant & intendant se attollere sublimius, nec advertentes sub pulchra hac apparentia absconditam fraudem, quæ consistit in hoc, quod inquisitio & possessio excellentiarum divinarum a què impossibilis sit iis, qui sectantur excellentias spirituales, ac iis, qui non aucupantur nisi carnales, eòquod æqualiter versentur in statu, qui non excedat naturam, quòdque in hoc statu permanentes attingere nunquam possint quidquam supernaturale.

Æqualis igitur ambobus facienda foret exhortatio: Attendite vobis, referate oculos, & videte, quantum decipiimini; non pertingitur per vias naturales, quales vestræ sunt, ad finem supernaturalem, qualis est divinarum possessio excellentiarum, quæ solæ vos reddere possunt beatos

Firm
possi
quæ
nicè
vias

Ingens periculum amantium excellentias corporales, tum spirituales

beatos in æternum. Emendate vias vestras, ut emendetis vitia vestra; discite contemnere æqualiter excellentias carnales, quæ abjecta sunt sensuum vestrorum, & excellentias spirituales, quæ intellectus vestri sunt irritamenta & lenocinia, sequamini pura fidei lumina, quæ so te deducere vos possunt ad cognoscendam pulchritudinem excellentiarum divinarum, quas nec sensus, nec ratio humana detegere & ostendere possunt; & memores estote, vos Christianos non fore, quoad privati fueritis veris hisce excellentiis, quas mundus ignorat, quasque solas Jesus Christus in sua refulgere voluit persona.

Firmum propositum, querendi unicè excellentias divinas.

Tacete modò sensus mei, vos me decipitis, dum dicitis mihi delicias corporales esse bona: mortificationes & cruces, quæ vera sunt bona, amore me prosequi oportet; siquidem id Deus mihi dixit; est illi major mihi adhibenda fides, quam vobis. Claude oculos, mea ratio, tu malè me ducis, dum persuadere mihi vis, quòd honores, dignitates, divitiæ, omnes excellentiæ tum carnales, tum spirituales, quas mundus æstimat, bona sint, quæ ama-

re debeam: potius status humilis & abjectus, segregatus ab omnibus, & à mundo despectus, verum bonum est, quod teneor amare: siquidem infinita sapientia Dei eo nomine venit è cælo in terram, ut in hac me instrueret & institueret veritate; huic magis me credere oportet, quam tibi. Tu sola summo jure ac dominio impera in anima mea, ò fides divina, meque doce, ut infinita præferam ratione excellentias divinas à mundo despectas, omnibus excellentiis carnalibus & spiritualibus, quas æstimat mundus. Veni, fides divina, sola esto animæ meæ facula, evidenter demonstra mihi, firmiterque persuade, quòd contemptus toleratus pro Deo, majoris sit valoris ac pretii, omnibus vanis honoribus mundi; quòd universalis exspoliatio ab omnibus creaturis, saltem animo & voluntate, longè sit pluris possessione omnium thesaurorum terræ; quòdque sufferre omnis generis afflictiones in unione illarum Redemptoris mei, & ex amore ipsius, incomparabiliter excedat pretio omnes totius mundi consolationes.

CON-